

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio e
cum fonte primo

Prope omnium criminum fontes hec
tria monstrantur esse genera uiciorum,
scilicet gula, iactancia et ambicio.

Cause autem cupiditatis sunt carnis delectacio,
species gule, et auiditas potencie.

Ambrosius ibidem (super Lucam libro III.).

Prope omnium criminum fontes haec
tria genera demonstrantur esse uitiorum;

neque enim ‘consummata
omni temtatione’ scriptura dixisset,
nisi in his tribus esset omnium materia delictorum,
quorum semina in ipsa origine sunt cauenda.
Finis ergo temtationum finis est cupiditatum,
quia causae temtationum causae cupiditatum sunt.
Causae autem cupiditatum sunt carnis oblectatio,
species gloriae, auiditas potentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii
secundum Lucam*, 4.35 (CCSL 14, M. Adriaen &
P.A. Ballerini eds., p.118, ll.425-432).